



CORPUS THOMISTICUM
<http://www.corpusthomisticum.org/qdp1.html>

Sancti Thomae de Aquino
Quaestiones disputatae de potentia.

[Textum Taurini 1953 editum
ac automato translatum a Roberto Busa SJ in taenias magneticas
denuo recognovit Enrique Alarcón atque instruxit]

Quaestio 1

Articulus 7

Septimo quaeritur quare Deus dicatur omnipotens.

Et videtur quod dicatur omnipotens quia simpliciter omnia possit.

Arg. 1. Sicut enim Deus dicitur omnipotens, ita dicitur omnisciens. Sed dicitur omnisciens, quia simpliciter omnia scit. Ergo et omnipotens dicitur, quia simpliciter omnia potest.

Arg. 2. Praeterea, si non ideo dicatur omnipotens quia simpliciter omnia possit, tunc haec distributio importata, non est absoluta, sed accommodata. Talis autem distributio non est universalis, sed determinatur ad aliquid. Ergo divina potentia esset ad aliquid determinata, et non esset infinita. Sed contra, Deus non potest facere, sicut dictum est, art. 3 et 5, ut affirmatio et negatio sint simul vera; nec potest peccare nec mori. Haec autem includuntur in hac distributione, si absolute sumatur. Ergo non debet absolute sumi; et ita Deus non potest dici omnipotens quia omnia possit absolute.

Arg. 3. Item videtur quod dicatur omnipotens quia potest omnia quae vult: dicit enim Augustinus in Enchiridion: *non ob aliud vocatur omnipotens, nisi quia quidquid vult, potest*. Sed contra, beati possunt quidquid volunt: aliter voluntas eorum non esset perfecta. Non tamen dicuntur omnipotentes. Ergo hoc non sufficit ad rationem omnipotentiae, quod Deus possit quidquid vult. Praeterea, voluntas sapientis non est de impossibili: unde nullus sapiens vult nisi quod potest; nec tamen quilibet sapiens est omnipotens. Ergo idem quod prius.

Arg. 4. Item videtur quod dicatur omnipotens, quia possit omnia possibilis. Dicitur enim omnisciens, quia scit omnia scibilia. Ergo pari ratione dicitur omnipotens, quia potest omnia possibilis. Sed contra, si dicitur omnipotens quia potest omnia possibilis; aut hoc est quia potest omnia possibilis sibi, aut quia potest omnia possibilis naturae. Si quia potest omnia possibilis naturae,

tunc eius omnipotentia naturae potentiam non excedit; quod est absurdum. Si vero quia potest omnia possible sibi, tunc pari ratione quilibet dicitur omnipotens, quia quilibet potest omnia possible sibi. Et praeterea est ibi quaedam expositio per circumlocutionem, quae non est conveniens.

Arg. 5. Item quaeritur quare Deus dicitur omnipotens et omnisciens, et non omnivolens.

Conclusio. Respondeo. Dicendum, quod quidam volentes rationem omnipotentiae assignare, quaedam acceperunt quae ad rationem omnipotentiae non pertinent, sed magis sunt causa omnipotentiae, vel pertinentia ad perfectionem omnipotentiae, vel pertinentia ad rationem potentiae, vel ad modum habendi potentiam.

Quidam enim dixerunt, quod ideo Deus est omnipotens, quia habet potentiam infinitam. Qui non dicunt rationem omnipotentiae, sed causam; sicut anima rationalis est causa hominis, sed non est eius definitio.

Quidam vero ideo dixerunt Deum omnipotentem, quia non potest aliquid pati nec potest deficere, nec aliquid potest in ipsum, et alia huiusmodi, quae ad perfectionem potentiae pertinent.

Quidam etiam dixerunt, quod ideo dicitur omnipotens, quia potest quidquid vult; et hoc habet a se et per se; quod pertinet ad modum habendi potentiam.

Hae autem rationes omnes ideo sunt insufficientes, quia praeterrunt rationes operationum ad obiecta, quas implicat omnipotentia. Et ideo dicendum est, quod accipienda est aliqua trium viarum quae tactae sunt in obiciendo, et dicunt comparationem ad obiecta.

Dicendum ergo est, quod, sicut supra dictum est, potentia Dei, quantum est de se, ad omnia illa obiecta se extendit quae contradictionem non implicat. Nec etiam instantia de illis est quae defectum important, vel corporalem motum; quia posse ea, Deo est non posse. Ea vero quae contradictionem implicat Deus non potest; quae quidem sunt impossibilia secundum se. Relinquitur ergo quod Dei potentia ad ea se extendat quae sunt possible secundum se. Haec autem sunt quae contradictionem non implicat. Constat ergo quod Deus ideo dicitur omnipotens quia potest omnia quae sunt possible secundum se.

Ad primum ergo dicendum, quod Deus dicitur omnisciens quia scit omnia scibilia; falsa autem, quae non sunt scibilia, nescit. Impossibilia autem secundum se comparantur ad potentiam sicut falsa ad scientiam.



Ad secundum dicendum, quod ratio illa procederet, si distributio terminaretur infra genus possibilium hoc modo quod non se extenderet ad omnia possibilium.

Ad illud quod quaeritur de alia ratione omnipotentiae, dicendum, quod posse quidquid vult facere non est sufficiens ratio omnipotentiae, sed est sufficiens signum omnipotentiae; et sic intelligendum est verbum Augustini.

Ad illud quod arguitur de tertia ratione, dicendum, quod Deus dicitur omnipotens, quia potest omnia possibilium absolute; et ideo obiectio non recte procedit de possibilibus Deo vel naturae.

Ad illud quod ultimo quaeritur, dicendum, quod in his quae aguntur per voluntatem, ut dicitur IX Metaph., potentia et scientia determinantur ad opus per voluntatem; et ideo scientia et potentia in Deo quasi non determinata universaliter pronuntiantur, ut cum dicitur omnisciens vel omnipotens, sed voluntas quae determinat, non potest esse omnium, sed eorum tantum ad quae potentiam et scientiam determinat; et ideo Deus non potest dici omnivolens.



AQUINATE
<http://www.aquinate.net/traduções.html>

São Tomás de Aquino
Questões disputadas sobre a potência de Deus.

[Tradução Prof. Dr. Paulo Faitanin]

Questão 1

Artigo 7

Pergunta-se porque se diz que Deus é onipotente.

E parece que se diz que é onipotente porque pode absolutamente todas as coisas.

Arg. 1. Assim, pois, como se diz Deus onipotente, também se diz onisciente. Ora, diz-se onisciente, porque sabe absolutamente tudo. Logo, diz-se onipotente, porque pode absolutamente tudo.

Arg. 2. Além do mais, se por aquilo não se diz onipotente, porque pode absolutamente tudo, então esta predicação não é absoluta, mas relativa. Tal predicação não é universal, mas é determinada por algo. Portanto, a potência divina seria determinada por algo e não seria infinita. Mas contra, Deus não pode fazer, como se disse nos artigos 3 e 5, que uma afirmação e uma negação sejam verdades simultaneamente; nem pode pecar nem morrer. Estas coisas, porém, estão incluídas nesta predicação, se são tomadas no sentido absoluto. Logo, não deve tomar-se absolutamente; assim, não se pode dizer que Deus é onipotente porque possa absolutamente todas as coisas.

Arg. 3. E parece que se diz onipotente porque pode todas as coisas que quer: diz, pois, Agostinho em *Enchiridion* 24, 96: “não é denominado por outro nome, senão onipotente, porque pode o que quer”. Mas contra, os santos podem o que querem: pois, de outra maneira sua vontade não seria perfeita. Contudo, não se dizem onipotentes. Portanto, que Deus possa tudo o que queira isso não constitui razão suficiente para a noção de onipotência. Além do mais, a vontade do sábio não se refere ao impossível: daí que nenhum sábio quer a não ser o que pode; nem, também, qualquer sábio é onipotente. Logo, o mesmo que o anterior.

Arg. 4. E da mesma maneira parece que se diz onipotente porque pode todas as coisas possíveis. Diz-se, pois, onisciente porque sabe todas as cognoscíveis. Portanto, pela mesma razão, diz-se onipotente porque pode todas as coisas

possíveis. Mas contra, se se diz onipotente porque pode todas as coisas possíveis; ou isso é porque pode todas as coisas possíveis para si ou porque pode todas as coisas possíveis da natureza. Se for porque pode todas as coisas possíveis da natureza, então sua onipotência não excede à potência da natureza; o que é absurdo. Se for verdadeiramente porque pode todas as coisas possíveis para si, então por igual razão qualquer um seria dito onipotente, porque qualquer um pode todas as coisas que são possíveis para si. E além do mais há aí uma exposição por perífrase, que não é conveniente.

Arg. 5. Igualmente se pergunta por que Deus se diz onipotente e onisciente e não onivolente.

Conclusão. Respondo dizendo que alguns querendo indicar a noção de onipotência, tomaram algumas coisas que não se referem à noção de onipotência, mas que são mais causa da onipotência ou que pertençam à perfeição da onipotência, ou pertencem à noção de potência, ou ao modo de ter potência.

Alguns disseram, pois, que Deus é onipotente porque tem potência infinita. Eles não dizem a noção de onipotência, mas a causa; como a alma racional é a causa do homem, mas não é a sua definição.

Outros disseram, pois, que Deus é onipotente porque não pode padecer algo nem perder, nem algo pode afetá-Lo em si mesmo, nem outras coisas desta natureza que se refiram à perfeição da potência.

Outros também disseram que Deus se diz onipotente porque pode o que quer; e isto consegue em si e por si; que pertence ao modo de ter a potência.

Mas todas estas noções são insuficientes, porque se referem às noções das operações com relação aos objetos, que implica a onipotência. E por isso deve-se dizer que se deve tomar uma das três vias que foram tratadas na objeção e que são ditas em comparação aos objetos.

Portanto, deve-se dizer que, como foi dito acima, a potência de Deus, enquanto refira a Ele mesmo, se estende a todos aqueles objetos que não implicam contradição. Não há instância para aqueles objetos que impliquem defeito ou movimento corporal; porque para Deus poder estas coisas não é poder. Deus não pode aquelas coisas que verdadeiramente implicam contradição; porque na verdade são impossíveis em si mesmas. Logo, se segue que a potência de Deus se estende às coisas que são possíveis em si mesmas. Mas estas são as que não implicam contradição. Logo, consta que Deus, por



esta mesma razão, se diz onipotente porque pode todas as coisas que são possíveis em si mesmas.

Ao primeiro, respondo dizendo que Deus se diz onisciente porque conhece todas as coisas cognoscíveis; mas as falsas, que não são cognoscíveis, as desconhece. Mas as coisas impossíveis em si mesmas são comparadas à potência como as coisas falsas à ciência.

Ao segundo, respondo dizendo que aquela argumentação procederia se a predicação terminasse sob o gênero dos possíveis, de modo que isto não se estendesse à todas as coisas possíveis.

Ao que se pergunta com outra noção de onipotência, deve-se dizer que poder fazer qualquer coisa que se queira não é uma noção suficiente de onipotência, mas é um sinal suficiente da onipotência; e é deste modo que se deve entender as palavras de Agostinho.

Ao que se pergunta acerca da terceira noção, deve-se dizer que Deus se diz onipotente porque pode absolutamente todas as coisas possíveis; e por isso a objeção não procede retamente acerca das coisas que são possíveis para Deus ou para a natureza.

Ao que se pergunta por último, deve-se dizer que nas coisas que são produzidas pela vontade, como se diz em *Metafísica IX*, a potência e a ciência são determinadas pela vontade à ação; e por isso a ciência e a potência em Deus se definem como não determinadas universalmente, como quando se diz onisciente ou onipotente, mas a vontade que determina não pode se estender a tudo, a não ser só às coisas que determina a potência e a ciência; e por isso Deus não pode ser denominado onivolente.